Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 413
Quelle:
Copyright:

Ex rebus Poetae vix quidquam Patriam habuerit:
inde delibes, nisi quod *Saxoniam*

Pace tua liceat patriæ quoque dicere patrem,
Saxoniæ Electior Dux Fridericus erat.

Et quod Caesaris manibus Serto poetico condecoratus fuerit:

Virgineas laurus a Caesare cepi.

Poetarum meminit tantum duorum:

Vivit Leucoreum Maior (Joh.) *dimotus ad Albim,*
Vatum cui primas defero, Maior erit.
Ille tuas laudes dicet, nunc alter ab illo
Stigelio (Joh.) *Maior par in honore meo.*

Studiorum causa vel Jenam vel Halas adierat:

Tinxit arenosus uix mihi Sala pedes.

Cantici Cantic. παραφρασιν in *Eidyllia* VIII. distributam sic inchoat:

Dicere cordistuum mens est mihi regis amorem,
Qui Solymæ antiquæ regia sceptra tulit.
Diua faue ingentem Sapientia nota per orbem,
A qua principium ducta poesis habet &c.

Atque ex his de vena hominis statues, quem Lexicographi, quos consului, omnes praetereunt. *Jöcherus* solus *Poema sacrum in Canticum Salomonis Adamo Sibero* tribuit, quod fortasse *Paulus* noster sibi vindicare possit.

CXLIX.

708 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 59. 4. nitide scriptus, rubricisque distinctus continet: I. *Coelii Sedulii* senioris Presbyteri, quibusdam Episcopi, a *Trithemio Scotiae*, quod olim *Hiberniae* nomen erat, adscripti, Seculoque medio V. florentis *Opus Paschale* seu *Mirabilium Divinorum*, multoties et ultimo a *J. Frid. Grunero Lipsiae* 1747. 8. editum. Adi *Tanneri Bibl. Brit. Hib. Fabricii* s. *Schoettgenii Bibl. med. Lat. Hambergeri Zuverl. Nachr. v. Schriftstell.* T. III. p. 167. In *Cod.* nostro, cujus Titulus primus miniatus penitus extritus est, praeit Epistola in-